



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatvs Practicvs De Casibvs Svmmo Pontifici,  
Episcopis, Et Praelatis Religionvm Reservatis**

**Kiene, Johann Georg**

**Constantiae, 1629**

8. & 9. An & quando, quisvē debeat maleficium soluere.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42214**

rendum, aliquid significandum, v.  
g. furtum, furem, aut thesaurum  
absconditum, morbigenus, medi-  
cinam, aut à quo maleficium im-  
positum, quibus mediis tollendū  
aut faciendum eiusdem operā ta-  
cità, vel expressè rogatā: nec non  
qui incantatoris operā vtuntur, v.  
g. ad amatorium maleficium, quo  
quis in amore, Venerisque furi-  
as protrahitur.

VIII. Quæres vtrum malefici-  
um maleficio liceat soluere? Resp.  
I. Nunquam licere maleficium  
maleficio soluere, id est, damnum  
à maleficis illatum per supersticio-  
sum medium diuinationis dispel-  
lere, aut magica signa, ligaturas,  
nodos, volumina capillorum tol-  
lere, quamuis etiam ad id se para-  
tum offerat diuinator, cum hoc sit  
intrinsecè malum, propter usum  
magicæ artis promanantis ab ex-  
pressa, vel tacita Dœmonis inuo-  
catione

catione ad effectum obrinendum,  
adeoque nulla ratione benè fieri  
potest, ergo nec petere, nec con-  
sentire maleficiatus debet, aut po-  
test ut taliter soluat; licet tamen  
maleficum interrogare, an male-  
ficium naturali, hinc quoque medio  
solui, aut tolli queat. Resp. 2.  
Cuique fas esse tollere & destruc-  
re signa magica absque maleficio,  
vbi inueniuntur etiam malefico:  
v.g. intercessit pactum cum Dœ-  
mone, ut quamdiu ligatura sub  
limine defossa iaceat, tamdiu du-  
ret nocumentum, quâ ablatâ ces-  
set etiam infestatio: talem ligatu-  
ram tollendo maleficus, aut quis-  
quis alius non peccabit, sed benè  
facit, quod per ablationem liga-  
turæ cotemnatur Dœmonis com-  
merciū & pactum destruatur.  
Quapropter benè Scotus apud Lef-  
sum l. 2 c 44 num. 36. Potest, in-  
quit, quisque conuenire malefi-  
cum

cum & rogare, pecuniam ab illo extorquere, ut ligaturas, quas habet sepultas, suspensas, aut alibi assertatas, inde dicioneat, quia illud maleficum facere virtus est.

IX. Resp. 3. Tām maleficum, quam alios obligari signum maleficij demonstrare, ut destruatur: Ille ex iustitia, si damna intulit, hic ex charitate, adeoque maleficus cogi potest à Iudice, ad signum destruendum si queat naturali medio, & ad illata damna compensanda, Cuius etiam corpus benè abluitur crinesque abundantur, nē illis latens pacti Dœmoniaci signum tormentorum sensum impedit.

Resp. 4. Si maleficatus probabiliter credat maleficum usurum licito medio, aut dubitat, immo scit vræ malitia malo, dum licito posset, usurum, nihilominus in graui

gravi necessitate maleficum consilere rogareq; licet, ut iuuet soluatque ligaturam &c. Quod naturali aut licito medio nequeat destrui vel prodesse, confugendum ad preces, signum Crucis, res benedictas, Inuocationem SS. nominum Iesu & Maria &c. & patienter ferendum instar Iobi. *Vide Delr. l. 6. c. 2 q. 3 f. 3. & Less. 20. de Ius. c. 44. dub. 5.*

X. Incidunt VII Qui sortilegia tam diuisoria & consultoria, quam diuinatoria adplicant: aut sortilegi operam implorant. *Iuxta s. Th. 2. q. 95 a. 8.* Sortes propriæ sunt cum aliquid eo fine agitur, ut eius consideratio euentu aliquid efficiatur aut innoteſcat, & trifariam diuiduntur. 1. In Diuisorias; ut cognoscant sortientes quid cuique competit in electionibus controuersis. 2. In Consultorias: quibus diuina voluntas exquiritur, ut pateat